

368 Romae apud Vescovalium MOMMS., in aedibus Vescovaliorum in platea Hispanorum HENZEN.
— Nunc extat in villa Glienicke apud Carolum principem Borussiae.

d M
ANVARIVS · QQ · CORP
oris fabrum nau ALIVM OSTIENSIVM
CAVSAM SIBI TRADI
MA · MARIA · CALLISEN 5
donat IONIS · CAUSA · MANCIPA
ITQVE SIBI · ET · BRITITIAE
LIS ET · LIBERTIS · LIBERTA
busque poste IQVE AEORVM sic

Descripserunt Mommsen Henzen Philippi, recognovit nuper Mommsen.

Fortasse est Petronius Ianuarius memoratus in albo corporis fabrum navalium (supra n. 256, I, 29) non tamen inter quinquennales, verum inter honoratos.

4—6 ob donationis] causam sibi traditum fundum a Maria Callisten(e) [illi donationis causa mancipavit] supplevit Mommsen.

369 Ostiae rep. a Petrinio in eisdem rudibus ex quibus prodit n. 245; lapis inversus antiquitus insertus erat pavimento.

..VLIVS · KARVS · VI · VIR · AVGVSTALIS
FECIT · SIBI · ET · DVABVS · FILIABVS
inLIAE · C · F · DAMALIDI · ET
inLIAE · C · F · KARAE · ET
5 noNIAE · DAMALIDI · VXORI · ET
..VLIO · EROTI · PATRI

Fea, qui videtur vidisse, *viaggio ad Ostia* p. 63.

370 basis magna marmorea. Rep. Ostiae in theatro die 1 Dec. 1880.

C · I V L I O
T Y R A N N O
MAG · QQ · COLLEG
ABR TIGNVAR OSTIS
5 LVSTRI · XXII · HVIC
PRIMVM · OMNIVM · VNI
VERSI · HONORATI · STA
TVAM · PONENDAM
D E C R E V E R V N T
10 O B M E R I T A · E I V S ·
L · D · D · D

Descripsi. Lanciani apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1880 p. 474.

371 sarcophagus cum fabula Alcestis. Ostiae rep. a Cartonio, inde Romae in museo Vaticano (*Chiaromonti* a sinistra).

D M
C · IVNIVS · PAL · EVHODVS · MAGISTER · QQ
COLLEGI · FABR · TIGN · OSTIS · LVSTRI · XXI
FECIT · SIBI · ET · METILIAE · ACTE · SACERDO
5 T I · M · D · M · COLON · OST · COIVG · SANCTISSIME

Descripsimus Henzen et ego. Opus anaglyphum sarcophagi enarravit Gerhard in ephemeride *Kunstblatt* 1826 p. 233, eadem repetivit in libro *hyperboreisch-römische Studien* 1 (1833) addens inscriptionem litteris minusculis p. 155, denique totum sarcophagum cum inscriptione aeri incidit *antike Bildwerke* tab. XXVIII cf. enarrat. p. 273. Praeterea inscriptionem exhibent Melchiorri ms. et Henzen *bull. dell' Inst.* 1849 p. 101, syll. n. 7200.

5 fin. SANCTISSIME Melch; E nunc deest.

372 cippus marmoreus. Ostiae ante episcopium FEA NIBBY. Nunc Romae in museo Lateranensi.

L · LEPIDIO EVTYCHO
SEVIRO · AVG · IDEM
QVINQ IN COLONIA
OSTIENSI
5 ET · IN MVNICIPIO
TVSCVLANORVM
ET QVINQ PERPETVO CORPOR
FABRVM NAVALIVM
OSTIENSIVM
10 FORTVNATVS · LIB ET · ALEXA · ACT

Descripsit Michaelis. E. Q. Visconti ms. I f. 100; Fea *viaggio ad Ostia* p. 20; Nibby *viaggio* 2 (1819) p. 293, *dissert. dell' accadem. rom. d'arch.* 3 (1829) p. 323, *analisi* 2 p. 453; Amati ms. 9742 f. 37; Marocco *monumenti dello stato pontificio* 7 (1835) p. 72. Henzen syll. n. 7106.

373 ingens basis Ostiae reperta a. 1776 ODER., in Ostiae parietinis nuper reperta MORC. (1780); tabula grandis marmorea desecta ex basi, reperta Ostiae, inde Romae in villa Albani MARIN. Extat in ea villa.

L · LICINIO · L · FIL · PAL
HERODI ·
EQVIT · ROM · DECVRIALI ·
DECVRIAE · VIATORIAE ·
5 EQVESTRIS · COS · DECVRIONI
QVINQVENNALI · DVVMVIRO
SACERDOTI · GENI · COL · FLAM ·
ROM · ET · AVG · CVRAT · OPER · PVBL
QVAESTORI · AER · AEDILI · FLAM
10 DIVI · SEVERI · SODALI ARVLENSI
PRAET · PRIM · SAC · VOLK · FACIV
ORDO · AVGVSTAL
OPTIMO · CIVI · OB · MERITA

Descripsit de Rossi. Oderici sched. Genuens. f. 56'; Morcelli de stilo *inscript.* ed. 1 p. 312, ed. 2 vol. 2 (1820) p. 54; Marini ms. Vat. et *iscrizioni delle ville Albani* p. 56 n. 45; Fea *indicazione per la villa Albani* p. 84 n. 27; P. H. Visconti *la villa Albani* p. 190 n. 33. Orelli n. 2204.

8 ultimam litteram habet solus Marinius detritam eam esse significans; deest iam apud Morcellium.

374 basis magna marmorea. Rep. Ostiae in theatro mense Nov. 1880.

MARCO · LICINIO
P R I V A T O
DECVRIONATVS · ORNAMENTIS · HONORATO · ET
BISELLIARIO · INPRIMIS · CONSTITVTO
5 INLATIS · REI · PVBLICAE · SESTERTIS
QVINQVAGINTA · MILIBVS · N
QVAESTORI · ET · QQ · CORPORIS · PISTORVM · OSTIENS · ET · PORT
MAGISTRO · QVINQVENNAL · COLLEGI
FABRVM · TIGNVARIORVM · LVSTRI
10 XXVIII · ET · DECVRIONI · EIVSDEM
NVMERI · DECVR · XVI · DECVRIAL · SCRIB
PATRI · ET · AVO · DECVRIONVM ·
LIBRARIO · TRIBVLI · TRIBVS · CLAVDIAE
PATRI · EQVITVM ROMANORVM
15 PATRVVM · ET · LIBERORVM · CLIENTIVM
VNIVERSVS · NVMERVS
· CALIGATORVM ·
COLLEGI · FABRVM · TIGNVARIOR · OSTIENS
MAGISTRO · OPTIMO · OB · AMOREM · ET · MERITA · EIVS
20 L · D · D · D · D · P ·

Recognovi. Lanciani apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1880 p. 472.

Vv. 3. 7. 12. 14 postea additi sunt litteris minoribus. — 2 ubi incisum est PRIVATO, postea aliquis pinxit litteris magnis et rubris: TEM SOL. Fortasse voluit *templum Sol(is)*.

Marco Licinio Privato, [decurionatus ornamentis honorato et] biselliario in primis constituto inlatis rei publicae sestertis quinquaginta milibus n(ummum), [quaestori et q(uin)q(uennali) corporis pistorum Ostiensium] et Port(ensium), magistro quinquennal(i) collegi fabrum tignuariorum lustru undetricesimi et decurioni eiusdem numeri decur(iarum) XVI, decurial(i) scrib(ae) librario, tribuli tribus Claudiae patrum et liberorum clientium, [patri et avo decurionum, patri equitum Romanorum], universus numerus caligatorum collegi fabrum tignuarior(um) Ostiensium] magistro optimo ob amorem et merita eius. L(ocus) d(atu)s d(ecreto) d(ecurionum) p(ublice). (Uncis [] circumclusi partem inscriptionis postea additam). Posita est inscriptio ab universa plebe collegii fabrum tignuariorum Ostiensium, cui nomen fuisse numero caligatorum etiam ex n. 160 scimus. M. Licinius Privatus redit in latere basis n. 128, cuius frons inscripta est Diocletiano.